

hñs erat et fili⁹. Nec mir⁹ si beata vgo que est mater xpī plus dilēgat quā angeli qui sunt serui. vñ ip̄a dicit. Eccle. xxiij. Ego mat pulcre dilectionis. i. xpī qui est pulcer et dilectus. Quia ergo btā vgo excellebat seraphin in dilectōe congruū erat vt eos excelleret in gloria. vñ et ip̄i potuerūt dicere euz ad eos perueniret procede et regna. Et quo poterat vltcrius ascendere cum iā esset in summo gradu seu ordine angeloz. certe ad thronū filij ei⁹ qui sup omnes angelos eleuatus est ppter qd ip̄e filius eam letanter alloquitur. o. Veni electa mea et ponā te in thronū meū. Istud prefiguratū est th. x. ij. Positus est thronus mater regis Salomonis iuxta thronum filij que sedet a dextris eius Bernar. Quis enarrare sufficit q̄ gloriose hodie mundi regina pcefferit et q̄to deuotionis affcū tota in eius occurū celestiu regionuz p̄dierit multitudo. quibus vsq ad thronū glorie canticis sit adducta cum eo honore quo tāta mater digna fuit. et cum ea gloria que tm̄ filiū decuit. hanc virginez nos debemus diligere et ei fideliter seruire vt post hanc vitā ad eius gloriā mereamur in celis videre qd nobis pcedat ei⁹ fili⁹.

Alius Sermo de beata vrgine Maria. i. eodē festo 27.

Querunt eam filie syon et beatissimā predicauerūt et regine. et cōcubine lau. eam. canti. vi. In verbis pmissis describitur btā virgo vt imitabilis et vt cōmendabilis. vt imitabilis quia est speculū exemplaris hui⁹ vite in via. vt cōmendabilis qz est habitaculū singularis glorie in patria. Prīmū tangitur ibi viderunt eam filie. Scdm̄ ibi et beatissimā predicauerunt. Per filias accipe bonos in mundo. per reginas beatos in celo. per concubinas que sunt illegittime vxores. accipe peccatores in hoc mūdo qui deo illegittime seruiunt. omnes isti laudāt beatā virginem. Boni quia eam diligunt. peccatores qz de eius misericordia presumūt Beati qz eius gloriā conspiciunt. Soli enī damnati nō laudāt eā quia eius patrocinia nunq̄ sentient. Nota qz beata virgo est nobilissima. misericordissima. sanctissima. beatissima. ideo ab omnibus est laudanda. Primo dico qz est nobilissima cui⁹ nobilitas patet non solū ex hoc qz fuit ex stirpe regia sed etiā ex hoc qz concepit et peperit deum. vnde Augustin⁹ Nobilitas parientis fuit in diuinitate nascentis. Et nobilitas nascentis in virginitate parientis. Quis vnquam tam nobilem feminam vidit que tam

nobilem haberet prolem ut videlicet virgo esset que pareret et deus
esset ille quem pareret **Jero.** Quod non habuit usus. ignoravit ratio.
mens non capit humana. pavet celum. stupet terra. creatura omnis etiam
celestis miratur hoc totum est quod per **Gabrielem** divinitus nunci
atur. et per christum adimpletur **Qua** de causa ^{de tali} tantaque loqui me
indignum fateor. sed puto quod nemo presumet nisi que tanta sunt
que panduntur penitus ignoret. Ecce tam nobilis est hec virgo
quod nullus tam sufficienter laudare potest. unde propter eius nobi
litem nobilioribus creaturis que in mundo sunt comparatur.
.i. Rose. Lilio. cedro. cypresso. viti. oliu. balsamo. stelle. aurore. lu
ne. soli. Unde eius dignitatem admirans **Sapiens** ait. **Sapien**
vij. hec est speciosior sole et super omnes dispositione stellarum luci
comparata invenitur purior. **(Secundo** dico quod est misericordissima
Misericordes sunt qui subveniunt aliquibus. Et misericordiores
sunt qui subveniunt pluribus. sed hec virgo est misericordissima.
quia parata est subvenire omnibus. unde ipsa ad se inuitat omnes
v. **Ecc.** **xxij.** **Trasite** ad me omnes qui concupiscitis me et a gener
rationibus meis id est virtutibus adimplemini. Spiritus enim me
us super me velut dulcis et hereditas mea. i. misericordia quam possideo
quasi hereditario iure super me et fauorem. Certe nunquam fuit fa
uor mellis tam dulcis odor. sicut misericordia dicte virginis pecca
tori. **Bernhardus** Maria sinum misericordie omnibus aperit ut
de plenitudine eius omnes accipiant unde ipsa dicitur non solum mi
sericors sed propter excellentiam mater misericordie. Curre o ho
mo ad hanc misericordissimam matrem et inuenies eam tibi propicia
De cuius misericordia dicit **Bernhardus.** Quis misericordie tue
o benedicta longitudinem et latitudinem et sublimitatem et profundit
tatem queat inuestigare. Nam longitudo eius misericordie usque
diem nouissimum inuocantibus eam miseris subuenit. Latitudo re
plet orbem terrarum ut tua quoque misericordia impleta sit omnis ter
ra. Sublimitas eius superne ciuitatis inuenit restaurationem et profu
ditas eius in tenebris sedentibus et in umbra mortis obtinuit re
demptionem. Noli desperare o peccator. Si diu iacuisti in peccatis
Attende misericordie eius longitudinem. si magna peccata commi
sisti attende misericordie eius profunditatem. Si multa attende latitu
dinem. Si horrenda. attende altitudinem. quocumque te verteris siue

ad orientē siue ad occidentē siue ad austrū siue ad aquilonem semper et ubiq; inuenies eius misericordiā. **inuoca** eam audacter q; te inuocantē non despiciet. **Considera** eius misericordiā que se extendit ad bonos et ad malos et ad eos qui tribulantur ad eos qui temptantur ad desperatos et ad peccatores qui deum abnegauerunt. **Noli** desperare o peccator **curre** ad matrem misericordie. ipsa enī pro peccatoribus orat. **hester vii.** Si inueni graciā in oculis tuis da mihi populū meum pro quo obsecro. **verba** hec dicuntur in persona beate Marie virginis ad filiū suū. populū suū vocat peccatores qui abiecti sunt a gracia dei pro quibus ip̄a continue orat. **Bernardus.** Tu mater dei. tu mater rei. tu mater dei et hominis. tu mater iudicis tu mater exilis. cum sis vtriusq; mater discordiam inter filios sustinere non potes. **Nota** historiam de muliere thecuite **h. x. xlii.** Ipsa enim sententiā dei ferendam contra peccatorem mutat. **istud** prefiguratū fuit. **i. Reg. xxv.** In **Abigail** q; mutauit sententiā mortis quā dō voluit inferre **Nabal.** **Abigail** interpretatur patris mei exultatio. et significat beatam virginem que fuit exultatio summi patris. **Nabal** interpretatur stultus et significat peccatorem qui stultissimus est in eo q; transitorioz gaudium preponit eterno. **Cum** igitur verus dauid. i. christus vult auferre peccatori mortem eternā beata **vgō** interponit se et impetrat ei vt tam eternā. **O** quot anime gaudent modo cum beata **vgine** in celo que arderent in inferno si beata virgo non reconciliasset eos cū filio suo. **Ipsa** enī desperatis graciā impetrat. **exemplū** de **Theophilo** qui postquā christū abnegauerat et litterā super hoc factā scriptam diabolo presentauerat et euz ad auxiliū beate **vginis** se cōuerteret ip̄m gracie reformauit. **Curre** secure ad eam. ip̄a enī est tronus gracie diuine ad quā omnes in necessitatib; suis debēt h̄re refugium et recursū. **hebre. iiii.** **Adeam;** cum fiducia ad tronum gracie vt misericordiā consequamur. **vñ bern.** Ipsaz sequēs nō deuias. ip̄am rogans non desperas. ip̄am cogitans nō erras. **Ipsa** tenente non corruis. **Ipsa** protegente non metuis. **Ipsa** duce non fatigaris. ip̄a propicia ad graciā peruenis. **Tercio** dico q; est sanctissima. congruū erat q; esset sanctissima quia sanctissimū dei filiū debuit concipere et parere. vt sic habitaculū quodammodo conformaretur habitatori. **ps.** Domū tuā domine decet

sanctitudo. **H**ec domus est beata virgo quam christus elegit sibi
habitaculū. **h**ec debuit esse sancta quia sanctū sanctorū portare de
buit **ps.** Sanctificauit tabernaculū suū al. **O** q̄ sancta fuit hec
virgo **C**erte sancta fuit mente ⁊ corpore. **n**ec miz̄ quia mentē eius
nunq̄ inquinauit turpis cogitatio. nec corpus seu vitaz alicuius
peccati q̄tuncūq̄ modici perpetratio **n**ec in hoc p̄mam similit̄ vi
sa est nec habere sequentē. **i**p̄a siquidē prefigurata est p̄ arcā moy
si que erat deaurata intus ⁊ foris q̄ ip̄a fuit sancta ⁊ mīda inte
rius in corde. exterius in opere ⁊ in corpore. **N**unq̄ fuit in hoc
mundo tam pura creatura visa que esset tam sancta sicut hec vir
go. **h**ui⁹ sanctitatis testis est christus qui laudat eā d. **Cā. iij.** **T**o
ta pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in te. **T**ante virtutis fuit
ip̄ius sanctitas. q̄ nō solum ip̄am p̄uauit purissimā s̄ q̄d mai⁹ est
in alios redūdauit q̄ sicut tradunt **magistri** **L**icet maria esset pul
cerrima nūq̄ tñ ab aliquo concupisci potuit. **p**ropter q̄d ip̄a bñ
oparatur cedro q̄ sicut cedrus odore suo fugat serpentes. sic bñ
virgo virtute castitatis sue venenosas concupiscentias in alijs extin
xit **Ecc̄. 22.** **Q**uasi ce. ex. s. **O** maria q̄ tu es scissima. purissima. ca
stissima. sordes vicioz a cordibus nostris. tuis p̄cibus remoue. ⁊
omnes malas concupiscentias in nobis extingue **Q**uarto dico q̄
ip̄a est beatissima **puer. ultimo.** **S**urrexerūt filie ⁊ beatissimā p̄e
dicauerūt. **B**eati sunt qui per penas purgatorij ad celū pueniūt.
s̄ beatiores qui hic se affligentes tanta caritate fruēt q̄ sine pur
gatorio ad celū ab angelis p̄ouētur ⁊ ad angeloz consortiū assu
mentur. s̄ beatissima fuit hec virgo que sine purgatorio a dei filio
comitantibus angelis in celū introducta ē ⁊ sup oēs āgelos col
locata **vnde ip̄a dicit Cā. 2.** **I**ntroduxit me rex in cellā vinariā
ordinauit in me caritatē. **C**erte ip̄e rex regū ⁊ dñs dominantium
in propria p̄sona matri occurrit ⁊ cū magna gloria ad celū pou
xit **p**ropter q̄d **Salomon** admirās dixit **Cā. viij.** **Q**ue est ista que
ascendit de deserto delicijs affluens innixa sup dilectū suū. **D**eli
cijs inquit affluens. **h**oc est extra vetulas que mentiunt̄ beatam
virginē nō potuisse puenire ad celū nisi prius trāsiret purgatoriū
q̄d omnino falsum est. **E**x quo enī immunis ab omni peccato extē
dit ad purgatoriū venire nō debuit. **i**mo ascendit imediate de des̄
to. i. de mūdo ad celū delicijs affluens innixa sup dilectū suū. **i**
filii qui

Alus
Hodie magnific
mec. **J**udith. et
ad celū fuit afflu
ta ⁊ ad dexterā filij colla
mea q. d. **Q**uāuis magni
⁊ in eius natiuitate ⁊ in
est in op̄atione hui⁹ ga
tione. **T**angunt aut̄ duo
beate virginis in celis col
nis incomparabilis. **p**ri
secūm ibi p̄cibus dictu

filium qui creditur eam inter brachia sua ad celum portasse. Con-
gruum quippe erat ut qui matri sue in hoc mundo in infanzia sepius
innixus fuerat quem mater tanquam tenet infantulum et carissimum in fi-
num suum sepe locauerat. quem de loco ad locum gestauerat ut versa
vice mater de hoc mundo egrediens eodem inniteretur et ab eodem ad
celi palatium produceretur. **Iero.** Creditur quod ipse saluator quantum datur
intelligi per se totus festinus occurreret et cum ingenti gaudio secum eam
in throno collocauerat. Est ergo hec virgo beatissima quia non solum
sine purgatorio transiit et ab angelis deducta fuit. Et etiam quia a
proprio filio translata et super omnes angelos sublimata. ad dexteram
filii collocata fuit ubi iugiter interpellat pro peccatoribus. **Ie-
ro.** hec est preclara dies in qua meruit exaltari super choros an-
gelorum et in regni solio sublimata per christum gloriosa resedit. Unde
ipsa prefiguratur per **Bersabee** matrem **Salomonis** de qua legitur **3. R.**
ij. Positus est thronus matri regis que sedit ad dexteram eius. Di-
gne super omnes angelos exaltatur in celo que in mundo humiliaverat
se infra omnes homines. quia secundum **Aug.** humilitas exaltationis est
meritum. et exaltatio humilitatis est premium. Quanto enim quis per se
magis humiliat tanto illic magis exaltabitur. et ideo quia beata **Virgo**
fuit in mundo humilissima ideo in celo est sublimissima ubi sedet ad
dexteram dei filii tanquam regina angelorum et aduocata peccatorum. **Cl-**
amemus ad ipsam et dicamus **Eya** ergo aduocata nostra illos tuos
misericordes oculos ad nos conuerte. et secundum benedictum fructum
ventris tui nobis post hoc exilium ostende. Amen.

Alius Sermo de Beata Virgine In assumptione 32.

Hodie magnificata est anima mea pre omnibus diebus vite
mee. **Judith. xij.** Verba ista poterat dicere beata **Virgo** quando
ad celum fuit assumpta et super omnes choros angelorum exalta-
ta et ad dexteram filii collocata. hodie inquit magnificata est anima
mea quod. Quamvis magnam gaudium habuerim in filii mei conceptione
et in eius natiuitate et in eius resurrectione. tamen illud gaudium nihil
est in comparatione huius gaudii quod modo percipio in eterna eius frui-
tione. Tangunt autem duo in his verbis. Primum est celestis gaudii
beate virginis in celis collocati immensitas. Secundum est illius immensi-
tatis incompatibilitas. primum ibi. hodie magnificata est anima mea.
Secundum ibi. pre omnibus diebus vite mee. Nota quod beata virgo fuit